

quã simplici medicamentorũ p̄paratio-
 ni, quæ vel alterãdo dũtaxat, vel leuiter
 coquendo aut infundẽdo cõponat, sic
 adhæredũ esse, vt quæ nouæ, quantũuis
 accuratioris dissolutionis speciem ex-
 hibeãt, cane peius & angue detestanda
 quispiam existimet: vel qui profundius
 singula scrutatus, ijs sincerius obtinen-
 dis, patientiores morbosæ arcis expu-
 gnandæ cuniculos subit, reliqua præ se,
 suoq; temnat ingenio, quæ ab omni an-
 tiquitate obtinuere. Vtrisq; suus est lo-
 cus, suum tempus, quod is demum at-
 tendet, qui verus Medicus, affectuũ na-
 turam, ex omnium caussarum & acci-
 dẽtium diligenti comparatione probè
 distinguet. Vt vel vno exemplo agamus,
 quod reliquarum diuersitatum ideam,
 ceu speculo aliquo commonstret: Sit
 capitis diutina infirmitas, pituitosæ de-
 fluxionis inexhausta scaturigo. Iam si nõ
 deplenda solũ fuerit effusæ humidita-
 tis redundãtia, quod fortè paucorũ die-
 rum interuallo, cùm internè, tum exter-
 nè adhibitis remedijs fieri posset: sedet
 tanti mali ferax intestina causa emen-
 danda, quid moliemur? Non id tempo-
 ris